

ANNO B. C. D.

REGIÆ ACADEMIÆ

GUSTAVO-CAROLINÆ

SIVE

DORPATO - PERNAVIENSIS

HISTORIÆ

PARTICULAM DECIMAM TERTIAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

DEFERT

JONAS JOACHIMUS SELLMAN,

SMOLANDUS.

D. XI. NOV. A. MDCCXCV.

LUNDÆ,

Typis BERLINGIANIS.

Theses Respondentis.

I.

Præceptum hocce CHRISTI Matth. X. 5: Eis odon εθνων μη απελθετε, και εις πολιν Σαμαρειτων μη εισελθετε. quoniam minus vocationis gratia universalis sit ac dici debeat, non impedit.

II. Fermento, cuius Matth. XIII. 33 fit mentio, non corruptelæ doctrinæ aut morum, que fermentum in sacris literis etiam appellantur, sed doctrina Evangelica intelligitur.

III. Phrasis illa Iva πληρωθή το γιδεν υπο τε Προφητε Matth. XXVII. 35. non causam finalē significat, quasi eum in finem Christus passus est, ut vaticinia Prophetarum implerentur, sed enθετικως (eventualiter) sumi debet, hoc sensu: atque ita impletum est, vel adeo ut impletum sit, quod dictum est per Prophetam.

IV. Nihil cogit, ut universaliorem vocis αγχοτες notionem deferentes αγχοτας τε αιωνος τετρας 1 Cor. II. 6. de Iudeorum duntaxat Proceribus interpretetur.

V. De vano polymathiae studio valet tritum illud: pauca sciunt, qui nimis multa didicerunt.

VI. Is demum recte de magnis hominibus iudicabit, qui tempus, quo vixerunt, impedimenta illis objecta rerumque opportunitatem distinguere valer.

matre Margareta Reimers, Pastoris in Bauske Gotthardi Reimers filia; avus ei fuit Joachimus Manzel Mercator Rigensis, avia Dorothea von Jatzkow cive Pomerana. Domi una cum fratre Friederico, postea Pastore in Döblen, institutus a. 1608 ad scholam Mitaviensem missus est, indeque dimissus scholæ Rigensis Præceptoribus committebatur ulterius erudiendus. A. 1611 Francofurtum ad Viadrum se contulit, ac paulo post Sterinum abiit, ibique Hunnichium, Kjelmannum, Burchardi, Cramerum & Prætorium audivit. Hinc Academiam Rostochiensem invisit, ubi utroque Tarnovio, Lubino, Affelmanno, Haslao, Posselio, Helvico atque Sturzio Doctoribus utebatur. Transacto quadriennio, in patriam quidem revertebatur, eo consilio, ut subsidia quæreret, quorum ope reliquum conficeret studiorum Academicorum cursum; sed præter opinionem contigit, ut a Duce FRIEDERICO annum duntaxat XXII: m agens appellatus sit, qui curam ecclesiæ Walhof in Curlandia Pastor esset, atque hoc munere functurus a. 1616 die suo natali Mitaviæ sacris consecrabatur ordinibus. A. 1620 Pastor constitutus est Selbürgensis & a. 1625 ecclesiæ Teutonicæ Dorpatensis *). A. 1626 d. 16 Maji demandata ei est

Y 3

scholæ

magnam partem ex TETSCHENII Kurland Kirchen gesch. 2 Tb. p. 268 petita sunt; reliqua unde de sumserim, allegatis in Notis Auctoriibus indicavi.

*) Quanto illum Dux FRIEDERICUS amore, quibusque officijs ad se adveniantem prosecuti sint futuri Auditores, SAHMEN in Alt. und Neuen Dörp. do-

scholæ inspectio. Constitutus quoque est districtus Dorpatensis trans Embeccam Præpositus *). Cum a. 1632 Academia Dorpatensis fundaretur, Rex illum Theologiæ in hac Academia Professorem & Consistorii Superioris Assessorem designavit **), atque

cet 2 Tb. p. 600. hæc scribens: Es erheslet so viel, daß 1625 ein wahres Muster eines gründlich gelehrtēn und Gottseligen Lehrers ohne Haycheley und Bosheit, nemlich der Licentiatus Theologiz GEORGIVS MANCELIVS von Selburg in Churland, allwo er den Preßgerdienst verwalte, anhero beruffen, und von dem Herzog von Churland, doch mit dem Bedinge, daß wenn er selbst seiner Dienste fürder würde benöthigt seyn, zurück kommen sollte. Die Liebe der Gemeine vrozehnarete sich gleich anfänglich gegen ihn, da sie ihm funzig fl. zur Reise anhero, nebst dem benöthigten Führen, seine Sachen zu holen, bewilligte.

*) Annū, quo Præpositus constitutus est, TESCHEN & GADEBUSCH silentio transeunt.

**) Audi tamen GADEBUSCHIUM I. c. P. 2. p. 217 addubitantem: Ob er, inquit, Besitzer im Ober-Consistorium gewesen, will ich weder bejahen, noch verneinen. Allein in das dorpatischen Rathes Bescheide vom 11 Dec. 1633 heißt er der ehrwürdige, andächtige und hochgelehrte Herr Georgius Mancelius SS. Theol. Licentiatus, Professor & Pastor. Præterquam vero quod singulos ejus titulos, illumque in primis, qui reliquis quasi adjunctus erat, enumerari necesse non fuit, unde etiam Præpositi titulum ibi omissum esse videmus, in Novis Ad. Hist. Eccles. vol. XII. p. 101 eum his titulis: Theologiæ Licentiatus, Ober-Pastor, Pro-

que hoc nomine Academiæ hujus initiationis solennibus d. 15 Octobr. e. a. interfuit, suasque peregit partes; namque habita in templo S. Mariæ a Professore Andrea Virginio concione inaugurali, Mancelius cathedram, ante aras hujus templi positam, ascendens solennem latina lingua consignatam, & ad actum hunc panegyricum accommodatam orationem de Bona Conscientia recitavit, eaque recitata, Academiæ jam ante ejus inaugurationem Pro Rector constitutus *) Rectorem Magnificum & Illustrem L. B. JACOBUM SKYTTE, & Pro Rectorem Professorem Doctoremque ANDREAM VIRGINIUM declaravit; quo facto Rectori huic Illustri Constitutiones Academicas, Matriculam, Sigillum, Sceptra Academica Clavesque cum tunica, quam in duebat, purpurea tradidit **) eodemque hoc anno d. 19

Dec.

essor, auch des Königlichen Ober-Consistorii Assessor zu Dorpat, ingleichen des dasigen Creyses Præpositus condecoratum cernimus; sic vero condecorantem figuramentis rem permisisse credi, non convenit.

*) Astervatur adhuc in Regia Bibliotheca Stockholmensia antiquissimum Academiæ Dorpatensis album, hac donatum inscriptione: Matricula Academiæ Dorpatensis coepit a MDCXXXII. Pro-Rector GEORGIO MANCELIO SS. Theol. Profess. Past. & Præposito. Primus in hoc Albo nomen suum, idque d. 20 Aprilis ejusdem anni inscripsit BENEDICTUS BAAZIUS Junecopia Smolandus, nobilium ordini nomine EKEHJELM a. 1647 adscriptus, vid. v. STJERNMAN, in Matr. öfv. Sv. R. Ridd. och Adel 1 D. p. 392. N. 380.

**) Vid. hujus historiæ p. 22.

Deg. a Doct. VIRGINIO renuntiatus est SS. Theologizæ Licentiatus. A.o 1636 Rector Academæ fuit, & sequ. anno Dux FRIEDERICUS illum revocavit, suum Concionatorem & Confessionarium constitutens: revocanti ille paruit *), munusque in aula Ducis XVII. annos magna cum laude obiit. Tandem vero finem laboribus curisque inclinata in deuterius valetudo imposuit, diemque Vir hic clarissimus obiit a. 1654 d. 17 Martii. Filium quidem reliquit Ernestum Manzel, qui studiis suis Marburgi & Giessæ obsecutus cum in patriam a. 1654 reversus esset, Pastor ecclesiae Sathen designabatur; sed diu patri superstes non fuit, eodem, quo ille, anno d. 1 Maji, antequam initiatus esset, vita excedens.

Scripta:

1) Erinnerung von dem Erdbeben, welches 1616 an etlichen Orten in Semgallen gewesen. Riga 1619. 4:o *).

2) Disp. de Justificatione hominis peccatoris penitentis coram DEO. Praef. Andrea Virginio Dorp. 1632. 4:o.

3) Disp.

*) Non solum a Dorpatensibus ac Collegis, quibus in deliciis fuit, sed ab ipsis etiam Proceribus regni, ejus amantissimis, ægre dimisus.

**) Librum hunc in civitatis Rgersis Bibliotheca im ersten Theol. Th. N. 252 se invenisse GADEBUSCH I. c. p. 219 dicit; nec dubito, quin idem sit, quem latino hoc titulo: *Meditatio Theologico Physica de Terra Motu* BACKMEISTER I. c. p. 180 donat.

- 3) Disp. de Peccato in Spiritum Sanctum. Resp. Joanne Raulinio Goldinga Curlando ibid. 1634. 4:o *).
- 4) Huldigunge Predigt über Jos. I: 1 — 5. als Herzog Jacob die Regierung antrat. **)
- 5) Die Sprüche Salomonis in die Lettische Sprache gebracht. Riga 1637. 8:o. ***)
- 6) Lettne, das ist Wörterbuch, sampt angehengtem täglichem Gebrauch der Lettischen Sprache; allen und jenen Außheimischen, die in Curland, Semgallen und Lettischen Länden bleiben, und sich redlich nähren wollen, zu Nutze versiertigt i Theil. Riga 1638. 8:o.

Z

7) Phra-

*) Hanc tantum & proxime antecedentem dilputationem a Mancelio editas videre mihi contigit, & fortasse plures non prodierunt Scripta tamen Mancelii enumeraturi *Fasciculum Disputationum Theologicarum* WITTENIUS & TETSCHENIUS ei tribuunt; sed rarum non est, Wittenium saltim, disputationes & conciones recensentem, ex una vel paucioribus plures facere.

**) Hujus, a me haud visa, impressionis locum & annum formamque GADEBUSCHIUS, cui notitiam ejus debeo, silentio transit. Præter hanc an plures conciones Mancelius ediderit, exquirere non potui: non ignoro, BACKMEISTERUM scriptis ejus Predigten addere; ille vero, quemadmodum Wittenius, in minoribus ejusmodi scriptis enumerandis, plurimum uti numero, quam quædam omisisse videri, maluit.

***) Titulum hunc hocce, quod addit, symbolo auget: Serviat omne DEO studium, fremat orbis & orcus. Rumpatur Morsus, sat placuisse DEO,

- 7) Phraseologia Lettica, das ist, Zöglischer Gebrauch der Lettischen Sprache 2 Theil. Riga 1638. 8:o *).
- 8) Lang-Gewünschte Lettische Postill, das ist Kürze und Einfältige, jedoch Schriftmäßige Erklärung aller Sonstglichen und vornehmsten Fest-Evangelien 1, 2 und 3 Th. Riga 4:o. **)
- 9) Zehn Gespräche Deutsch und Lettisch von den meiststen Sachen, so auf der Reise und der Haushaltung vorsallen. Riga 1685. 8:o. ***)
- 10) Das Hauss-Zucht- und Lehr-Buch Jesu Syrachs; wie es vormahls durch den Sel. Herrn Georg-Mancelium — — in Lettischer Sprache ausgegeben. Nunmehr aber mit Fleiß durchgesehen und von merklichsten Fehlern gesäubert worden. Riga 1671. 8:o. †).
- 11) Lettische Vade mecum. ††)

JOHAN-

*) Phralogia hæcce Pars altera appellatur proxime præcedenti Vocabulario tanquam priori subjungenda; prioremque per se completam esse, inde patet, quod in litera Z. definit; neuter igitur liber suo, quod Logici vocant, correlato caret.

**) Opus posthumum esse, vox Lang-Gewünschte titulo adjecta indicat.

***) Colloquia hæcce antea edita esse, suspicor, adeo ut iterata tantum hæc a. 1685 editio fuerit.

†) Olim igitur hic liber prodierat; quo autem anno, & an Iepius, me fugit.

††) Plura hic liber complectitur; ejus vero indolem quo genitus cognoscant Lectores, ex Nov. Act. Hist. Ec-

JOHANNES RAICUS.

Schlaccowalda Bohemus depositis tirocinii rudimentis studiis Academicis operam dedit, quo in curriculo cum versabatur, amicitiam eamque intimam cum magno isto Theologo JOHANNE GERHARDO contraxit, eique, cum a. 1703. Philosophiæ

Z 2

Males. 1. c. sequentia describere juvabit: Den ersten lutherischen Catechismus in Lietland in lettischer Sprache hat man Georg Mancelius — — außer seinem lettischen Postill, lettischen Gesprächen, und seinem so genannten Letto, nebst vielen übersetzten, wiewohl nicht gezeichneten, Liedern, zu verdanken. Man findet ihn in dem von ihm selbst in das lettische übersetzten Handbuche, welches er unter dem Titel lettisches *Vade mecum* 1636 herausgab, dem er auch eine Anleitung zur lettischen Sprache beifügte. Seit mehr denn einem Jahrhundert ist nunmehr dieser Catechismus in Liet- und Curland bey der Unterweisung der Letten in der Anfangsgründen der Christlichen Religion zum Grunde gelegt, und nicht ohne Nutzen gebraucht worden. Bey der jetzt zu veranstaltenden neuen Auflage der lettischen Handbuchs, welches in ganz veränderten Gestalt, besonders in Absicht auf die Gesänge, von denen man die nicht gereimte und unbrauchbare ausmerzen will, erscheinen soll, wird dieser Catechismus, der einen Theil derselben ausmacht, und den man unter andern durch Weglassung der sonst dabei befindlich gewesenen undeutlichen und unnützen Holzschnitte in die Enge ziehen wird. Lettica vero lingua a Mancelio consignatus his Catechismus hunc præ se fert titulum: Ta Iwehta Behnu-Mahziba ta tizziga Deewa Kalpa Lutherus, ar Jautatchanehin un Atbildeschahnahm teem Latwee-

Magister renuntiaretur, carmine gratulatus est lati-
no *). Medicinæ Licentiatus iam factus erat, cum
scholæ cathedralis Regionemontanæ in Borussia Rector,
istiusque civitatis Practicus **) designabatur, quo
munere ad annum 1625 functus in Sveciam hoc
ipso anno se recepit, ubi Medicinæ Professor pri-
mum Upsaliensis aliquot annus fuit, deinde Dorpa-
tensis constituebatur; ante vero, quam posterius hoc
munus adiit, vitam cum morte a. 1631 d. 25 De-
cembr. commutavit.

Scripta :

- 1) Disp. de Peste. Elbing. 1620. 4:0.
- 2) Votivum Votum ad Georgium Wilhelmum, cum
urbem ingrederetur. Regiom. 1621. 4:0.
- 3) Tractatus de Podagra, qui disserit de Vero Me-
dicinæ Fundamento. Regiom. 1624. 4:0.
- 4) De Phthisi ex tartaro, ut frequentiore, disp. pu-
blica, ex Regiæ Salanæ Academiæ constitutio-
nibus, pro auspicato in Facultatis Medieæ or-
dinem introitu. Resp: Olavo Johannis Bååk,
Örebroënsi Med. Stud. Upsal. 1628. 4:0.

5) Illu-

scheem un winau Behrncem par labbu isskaidrotta, ac,
recensente in Beytrag zu der Geschichte des lettischen
Catechismi RAVENSBERGIO, sequentia continet ca-
pita: die sūsf Haupftücke, das Stück von den Schlüs-
seln des Himmelreichs, die Fragstücke, die gedoppelter
Art, und denen noch zwey kürzere beygesfügert sind. cfr.
N. Aet. &c. I. c. p. 1013.

*) ARNOLD in Zusäze.

**) GADEBUSCH. I. c. 3. Th. p. 4, 5.

- 5) Illustrum Quæstionum Medicarum tetrag, pro
disputatione prima ordinaria. Upsal. 1629.
- 6) Dichas Assertionum proposita pro disputatione
secundâ ordinaria I. de Tribus Terris Sigil-
latis, Axungia Solis, Axungia Luoz, atque
Anima Solis. II. de Mercurio Ferri, in quo
solo est Podagræ Topicum. Resp. Er. Dan.
Achrelio Rosl. Upsal. 1629. 4:0.
- 7) Disputatio Physico-Medica Votiva *), eis iegomia
surgenti jam Dorpati novo Collegio Regio,
ibique hab d. Febr. 1631. Resp. Petro Jo-
hannis Bothniensi Sveco. Rigæ Liv. 4:0.

JOHANNES BELOW **).

Rostochio oriundus, ibidemque Medicinæ Do-
ctor renuntiatus a. 1628. Medicinæ Professor Dor-
patensis constitutus est d. 22 Dec. a. 1632 vel

Z 3

1633

*) Titulo huic SCHEFFERUS I. c. p. 282, & ex eo
alii hæcce addunt: *de Natura Terræ & Aquæ circa
Dorpatum, item de Acidula Antimonii, adeoque de
Natura omnium Acidularum naturalium, atque de
aqua vernali Betularum;* quæ vero titulum præ se
non terre, hoc certius affirmare possum, quod hæ
scribenti ad manus est ipsa disputatio; ea tamen ex
summariis thematum petita esse video.

**) Belon a ROLOTT de Profess. Academ. p. 187, &
ab aliis modo Belon modo Balon appellatur, vid.
KELCH, MOLLER, BACKMEISTER. II. cc. Belon
vero est communissima appellandi ratio.

1633 *) juxtaque Regii Dicasterii & Civitatis Dorpatensis Medicus Ordinarius **). Rektoris Academicus munus bis, nempe anni 1634 priori, & 1641 posteriori semestri, obiit. A o 1643 Academæ valedixit & in Rossiam abiit, a Magno Duce MICHAËLE FEDEROWITZ ut ipsi Archiater esset, appellatus, eodemque munere apud Successores ejus Magnos Duces ALEXEI MICHAËLOWITZ & FEDOR ALEXIOWITZ, fungens multum apud illos, & hunc quidem in primis, gratia valuit; quantique eum reliqui Rossi fecerint, in literis ad OL. RUD. BECKIUM d. 22 Apr. 1661 datis GEORGIUS STJERNHJELMIUS his docet verbis: *Ea in celebritate in Muschovia aliquam multos annos vitam egerat, Magni Ducis Archiater intimus & honoratissimus, ut indigenis barbaris charissimus & pro Deo ferme haberetur ***).* Holmiæ autem ipso hoc anno (1661) nonnihil temporis, narrante in iisdem

*) Uter annus verior sit, nemo facile dixerit. Qui enim vel hunc vel illum annum ponunt, recentiores sunt, nec major unius, quam alterius fides. De mente die que singuli consentiunt.

**) Sic in titulis disputationum quarundam, istis annis quibus Rektor fuit, editorum appellatur; ista enim aetate Rectorum quoque nomina in titulis disputationum adscribere nonnulli solebant.

*) Verba hæcce, ex ipsis literis descripta, orationi sue om Stockholm för 200 år sedan och Stockholm nu för tiden BERGIUS interiuit p. 114. indeque hoc transluli.

dem literis Stjernhjelmo, versabatur, iterque eum illuc convertisse suspicor, quo fratrem BERNHARDUM BELOWIUM Med. Doctorem, & primum Legationis Svecicæ in Muscoviam Medicum, deinde Reginæ CHRISTINÆ & Successorum, Regum CAROLI GUSTAVI & CAROLI XI Archiatrum inviseret. Hinc ad munus suum se revocans in Rossiam iterum abiit, ibique tandem vita excessit. In antiquorum Medicorum, nec solum Græcorum verum etiam Arabum, Italorum, Germanorum Galiorumque scriptis multum strenueque versatus a LAUR. ROBERGIO *) celebratur.

FRIEDERICUS MENIUS.

Poëta Laureatus Cælareus, Pomerania oriundus **). Fuit primum Pastor ecclesiarum Neumühl, Dünamunde, Czarnikow & Nordenpeuss in Livonia ***) deinde fundatæ Academiae Dorpatensis, primus designatus est Historiarum & Antiquitatum Professor. Bigamiæ suspicionem habebat, ipso que

*) in allegatis a BERGIO l. c. literis.

**) Pomeranum fuisse, WITTENIUS *Diar. Biogr. T. II.* MOLLERUS l. c. p. 448. JÖCHER in *Allg. Gel. Lex.* JÄNIKE in *Get. Pommert.* & GUNDLING *Hist. d. Gel. T. III* p. 4106 ne plures commemo- rem, dicunt, adeo ut mirer, fuisse, qui Curlandum appellandum esse censuerint:

***) Harum se Pastorem in titulo libri, infra N. 4. com memorati, vocat.

que hoc crimine a Fiscali Reo compellabator a 1638 sed liberatus quoddammodo *) cum in Sveciam venisset, ibi in vincula a. 1645 conjectus ac tandem officio privatus est, ob gravissimos in libro, quem nomine *Consensus Hermetico-Mosaici* scriperat edideratque, disseminatos errores, qui quales fuerint, ad ipsum hunc librum, in scriptis ejus infra commemorandum, annotabo. Qua vero scientia in explicandis fidei dogmatibus misere abusus est, hujus, nempe Chemicæ, pericla debuit, ut sustentare vitam posset, cupreorum in Svecia montium constitutus Praefectus **) Vita excessit a. 1659 m. Sept. ***)

Scripta:

*) En vero aliud crimen, de quo BACKMEISTERUS I. c. ita: d. 19 Febr 1638 wird er ob atrocem diffamationem gegen des Predigers Caspar Pegius Vi tre vogelfrey erklaret. Memorabile fuerit hoc iudicium, de quo apud tot alios Scriptores altum est silentium.

**) Cujusmodi haec praefectura fuerit, quam ei demandatam esse, MOLLERUS, BACKMEISTER, JÖCHER II. cc. aliquie tradunt, non facile dicam, tacentibus nostris Scriptoribus, quorum tamen silentio commotus eam magni momenti non fuisse suspicor.

***) Annū emortualem 1650 MOLLERUS I. c. ponit; sed inter scribendum vel imprimendum pro g facile substitui potuit: reliquii autem cum WITTENIO a 1659 eum decessisse scribunt.